



Jus Canonicum In V. Libros Decretalium Distributum

novâ Methodo explicatum, Omnibus Capitulis Titulorum (qui in Antiquis, & novis Libris Decretalium continentur) promiscuè & confusè positis, in ordinem doctrinæ digestis. Adjunctis Aliis Quæstionibus Connexis, Quæ Ad Plenam Cujusque Tituli, Aut Materiæ Cognitionem, Et Expositionem Pertinent. ...

Respondens Libro Quarto Decretalium : In Quo De Sponsalibus, Et Matrimoniis, & quae eis annexa sunt, agitur, eadémque plenè, & theoricè explanatur, & declarantur ...

Pirhing, Ehrenreich

Dilingae, 1678

Titulus. IX. De Conjugio servorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98293](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98293)

fit notum, siue ut femina etiam sciat, virum, cum quo fornicata est, esse conjugatum, n. 26. 4. requiritur ad contrahendum hoc impedimentum, ut matrimonium prius cum uxore occisa initum fuerit validum, & legitimum, non tantum bonâ fide existimatum, etiam si non consummatum fuerit, n. 27. Soluitur obiectio Lutheri ex Veteri Testamento, n. 28. Aliud crimen dirimens matrimonium Jure novo Ecclesiastico introductum est crimen raptus, de quo infra libr. 5. Tit. 17. sec. 1. §. 3. & 4.

SERIES CAPITULORUM.

IN ANTIQVIS.

c. 1. n. 2. & 2. seqq. c. 6. num. 18. & aliquot seqq.
c. 2. n. 5. & seqq. c. 7. n. 10. & seqq.
c. 3. n. 16. & seqq. c. 8. & ult. num. 12. & 3. seqq.
c. 4. n. 7. c. 5. n. 8. & seqq.

TITVLVS VIII.

DE CONJUGIO LEPRO-
forum.

§. I. An per lepram supervenientem præcedentia sponsalia de futuro dissolvantur, vel etiam matrimonium præcedens?

ASSERTIO I. Per lepram supervenientem dissolvuntur sponsalia de futuro prius contracta, si sponsus immunis à lepra id petat; quamvis etiam promittere possit leprosa matrimonium, quam scit esse leprosam, si velit, c. 3. & ult. h. t. n. 1. Id verò extenditur ad quemvis alium morbum contagiosum supervenientem uni ex sponso, post sponsalia de futuro inita; nam ob quamvis notabilem mutationem supervenientem post sponsalia ea dissolvuntur, si id petat sponsus sanus, n. 2. Ass. 2. per lepram supervenientem non dissolvitur matrimonium præcedens, ac proinde conjux leprosus non potest, nec debet propter lepram separari à sano; quod si unus conjux alterum leprâ infectum sequi noluit, debet uterque, altero vivente, continentiam servare, alioquin excommunicentur, c. 1. h. t. n. 3. Leprosi ex generali consuetudine licet separantur à consortio reliquorum hominum. Item per lepram supervenientem non dissolvitur matrimonium antea contractum, neque propter aliam infirmitatem quantumvis gravem, & multò minùs dissolvi potest matrimonium propter lepram, postquam consummatum fuit, n. 4. An sicut uxor tenetur sequi virum, ita & vir uxorem? n. 4.

§. II. Aliæ nonnullæ quæstiones circa conjugia leprosum proponuntur, & resolvuntur.

Quær. I. An propter lepram, vel aliam infirmitatem, conjux à conjuge separandus sit, saltem quoad torum, & cohabitationem? Resp. propter lepram, vel aliam gravem infirmitatem unus conjux alterum non debet dimittere, nec ab eo separari, etiam quoad torum, & cohabitationem, c. 2. h. t. n. 5. & 6. Non ob solam causam fornicationis, seu adulterii, sed ob alias etiam causas separatio inter conjuges quoad torum, & cohabitationem ad certum, vel incertum tempus fieri potest, cit. n. 6. Quomodo intelligendum sit illud dictum Christi, non posse virum dimittere uxorem suam, exceptâ causâ fornicationis, seu adulterii? cit. n. 6. & 7. Quær. 2. An leprosi possint contrahere matrimonium? Resp. si continere nolint, & aliquam invenerint, quæ ipsis nubere velit, possunt ad matrimonium transire, c. 2. h. t. n. 8. Quær. 3. An conjuges leprosi teneantur sibi invicem reddere debitum conjugale? Resp. Si vir, vel uxor leprosa fuit, & conjux infirmus à sano debitum exigat, illud reddendum est, nisi debiti reditio cedat conjugi sano in notabile damnum, & periculum infectionis foret, cit. c. 2. in fine, n. 9. Quando teneatur conjux sanus leproso debitum reddere, & quando excusetur? cit. n. 9. Utrum conjux sanus teneatur cum leproso assidue cohabitare? n. 10.

TITVLVS IX.

ATIONIS, seu adulterii? cit. n. 6. & 7. Quær. 2. An leprosi possint contrahere matrimonium? Resp. si continere nolint, & aliquam invenerint, quæ ipsis nubere velit, possunt ad matrimonium transire, c. 2. h. t. n. 8. Quær. 3. An conjuges leprosi teneantur sibi invicem reddere debitum conjugale? Resp. Si vir, vel uxor leprosa fuit, & conjux infirmus à sano debitum exigat, illud reddendum est, nisi debiti reditio cedat conjugi sano in notabile damnum, & periculum infectionis foret, cit. c. 2. in fine, n. 9. Quando teneatur conjux sanus leproso debitum reddere, & quando excusetur? cit. n. 9. Utrum conjux sanus teneatur cum leproso assidue cohabitare? n. 10.

SERIES CAPITULORUM.

IN ANTIQVIS.

c. 1. n. 3. & seqq. c. 2. n. 5. & aliquot seqq.
c. 3. & ult. n. 1.

TITVLVS IX.

DE CONJUGIO SERVORUM.

Aliud impedimentum matrimonii est error servilis conditionis. Est autem hic sermo non de servis adscriptitiis, qui prædico colendo sunt perpetuò ad dicti, sed de servis propriè dictis, qui non sunt liberi, num. 1.

§. I. An servus possit licitè, & validè contrahere matrimonium, invito, vel ignorante domino, & quâ ratione error status, seu conditionis servilis dirimat matrimonium, & quo jure?

ASSERTIO I. Servus etiam invito, & contradicente domino, licitè matrimonium contrahere potest, illudque tenet, quamvis debita, & consueta servitii nihilominus domino exhibere debeat, c. 1. h. t. n. 2. Servus Christianus, & baptizatus potest omnia Sacramenta suscipere, quæ sunt omnibus Christianis communia, excepto Ordine, quia nullus servus debet ordinari, sine consensu domini: aliud est de servis non baptizatis, de quibus nihil potest disponere Ecclesia, n. 3. Ass. 2. Error conditionis servilis, quando scilicet homo liber contrahit matrimonium cum ancilla, quam ignorat esse ancillam, vel libera cum servo, quem nescit esse servum, reddit irritum matrimonium, c. 2. h. t. n. 4. Ubi tamen distinguendum est: vel enim contrahit quis matrimonium cum ancilla, ignorans illam esse ancillam, sed putans esse liberam, & tunc matrimonium non tenet: vel sciens esse alterum servum, vel ancillam, cum eodem, vel eadem contrahit matrimonium; & tunc illud tenet, cit. c. 2. h. t. n. 5. Error circa qualitatem personæ, ut si quis contrahat cum illa, quam putat esse nobilem, cum non sit, non dirimit matrimonium, cit. n. 5. Matrimonium, quod liber contraxit cum ancilla, ignorans illam esse ancillam, sit validum, si postquam scit illam esse servam, carnalem copulam cum illa habeat, cit. c. 2. h. t. Quamvis hoc non procedat post Concil. Trident. cit. n. 5. Judex Ecclesiasticus potest judicare inter laicos super dote restituenda, cit. n. 5. Ass. 3. Quando per conditionem servilem redditur deterior conditio errantis, ut quia credidit mulierem, cum qua contraxit matrimonium, esse liberam, cum esset ancilla, tunc error viciat matrimonium: quando verò liber contrahit matrimonium cum libera, quam putavit esse ancillam, cum

e

cum

tum non redditur matrimoniū nullū. Item si servus contrahat matrimoniū cum ancilla, quā putabat esse liberam, valet matrimoniū, n. 6. Quæ. ulterius. Utrum error conditionis servilis dirimat matrimonium jure naturali, an verò solum jure Ecclesiastico? Probabile est, quod error servitutis jure naturali, ac gentium reddat matrimoniū irritum, n. 7. Probabilius tamen est solo jure Ecclesiastico reddere irritum, n. 8. An matrimoniū inter infideles initum cum errore servitutis sit validum? n. 9. An si dominus proprium servum, vel ancillam tradat in matrimoniū personæ liberæ ignaræ servitutis, talis persona liberæ fiat? n. 10. Ass. 4. Si liber ignoranter matrimoniū contraxit cum ancilla, quam ignoravit esse ancillam, si postquam id scivit, nec verbo, nec facto in illam consensit, matrimoniū non valet, & cum alia contrahere poterit, c. 4. & ult. h. t. n. 11. & 12. Matrimonium ab initio nullum, ob errorem conditionis servilis, postquam constat de illius nullitate, ratificatur per supervenientem consensum verbis expressum, vel facto, id est, per copulam subsequentem, modò tractatus de matrimonio, vel sponsalia de futuro præcesserint, quod tamen non procedit post Concil. Trident. n. 13. Cui incumbat onus probandi ignorantiam servitutis? cit. n. 13.

§. II. An, & quando proles, quoad libertatem, & servitutem, sequatur conditionem, non matris, sed patris?

Valet consuetudo legitimè præscripta, ut proles sequatur, quoad libertatem, & servitutem, non matris, sed patris conditionem, ita ut si pater sit liber, vel servus, etiam filii sint liberi, vel servi, non attentâ conditione matris, c. 3. h. t. n. 14. & 15. Valet matrimoniū liberi initum cum ancilla, si ignorata fuit conditio servilis illius, post elapsam decennium, imò etiam post quinquennium, cit. n. 15. Favore libertatis in dubio judicandum est pro libertate, cit. n. 15.

SERIES CAPITVLORVM.

IN ANTIQVIS.	c. 3. n. 14. & seq.
c. 1. n. 2. & seq.	c. 4. & ult. n. 11. & 2.
c. 2. n. 4. & aliquot seqq.	seqq.

TITVLVS X.

DE NATIS EX LIBERO ventre.

Filij nati ex libera, vel liberta sunt liberi, & Ecclesia debet libertatem potius defendere, quàm impugnare, c. un. h. t. n. 1. Filij legitimè nati, quoad familiam, nobilitatem, & dignitatem, sequuntur conditionem patris, non matris: quoad statum verò libertatis, vel servitutis, sequuntur conditionem matris. Sufficit autem, si mater tempore conceptionis, vel nativitatis, vel medio tempore fuerit libera, ut proles libertate gaudeat, n. 2. Liberti, sive libertini, hoc est, filij libertæ, nempe progeniti ex ancilla, quæ ex servitute manumissa est, sunt liberi, etsi pater servus fuerit, nec possunt à domino in servitutem revocari, cit. c. un. h. t. n. 3.

IN ANTIQVIS.

c. un. n. 1. & 2. seqq.

TITVLVS XI.

DE COGNATIONE SPIRITUALI.

§. I. Quid sit cognatio spiritualis, unde dicatur, ter quas personas contrahatur?

ASSERTIO I. Cognatio spiritualis, quæ ex collatione, & susceptione Sacramentorum Baptismi, & Confirmationis, n. 1. spiritualis non habet ortum ex jure naturali, sed ex jure Divino positivo, sed ex solo jure, seu institutione Ecclesiæ. Ex alio, mentis non oritur cognatio spiritualis, sacramento Pœnitentiæ inter Confessarium & Confessionis: est autem impedimentum cognationis perpetuum, n. 2. Assertio spiritualis impediens, ac dicimens matrimonium jure antiquo triplex erat, paternitas, cognatas, & fraternitas, n. 3.

§. II. Quenam circa cognationem spiritualiternitatis, sive compaternitatis, sive fraternitatis antiquo Decretalium statuta sunt, & inter quæ ea impediatur matrimonium contrahendum, dirimat contrahendum?

Inprimis filii duorum compatrum, neutrum devotum est ad compaternitatem contrahunt matrimoniū, nisi consuetudo Ecclesiæ aliud observet, c. 1. h. t. n. 4. & si duo conjuges, vir, vel mulier, scienter proprium filium de sacro fonte baptizati videantur separari debere: aliter ut statum reperitur, nempe ut si ex ignavia ex malicia id fecerint, non sint ab invicem di, nec alter alteri debitū conjugii negat ad continentiam possint induci, c. 2. & parentes carnales non debent proprios, nec in Baptismo, vel Confirmatione, contra necessitatem; tunc autem non contrahunt impedimentum cognationis spiritualis, si conjux extra necessitatem, baptizatus, non suscipiat à Baptismo, vel Confirmationem filium, vel solius alterius conjugii ab invicem separandi, si scierint, si hoc fecerint: si tamen scienter hoc fecerint, potest quidem unus conjux alteri debitum ipse tamen non potest exigere, cit. n. 7. Quod carnalis in necessitate proprium filium Baptismo, non oritur inter eos impedimentum cognationis spiritualis, si fuerint legitimi, aliud est in concubina, n. 8. Ad contrahendum cognationem spiritualement requiritur scientia contrahendi, n. eod. Tertio filij compatrum, per quorum alterum, vel alterutrum, sive ad compaternitatem pervenerint, sive naturaliter conjungi non possunt, sed contrahendi debent: secus est, si per neutrum illorum ternitas contracta fuit, tunc enim consuetudo Metropolitana, vel aliarum vicinarum servari debet, c. 3. h. t. n. 9. Per consuetudinem non potest induci impedimentum dirimens matrimonium, nisi fuerit per S. Pontificem approbatione S. Pontificis, non est rationalis.